

Haec quidem, nisi me animus fallit, satis superque esse videntur ad⁷ obturanda omnium ora, qui tam apertae et manifestae rei contradicere conantur. Audiamus tamen, si placet, etiam Gregorium Nyssenum, virum et doctrina et vitae sanctitate excellentem. Is in catechetico eius
5 sermone de divinis sacramentis ita loquitur: »Recte igitur et nunc panem divino verbo sanctificatum in corpus Dei Verbi transmutari credimus. Nam et illud corpus — intellegit autem corpus assumptum ex virgine — panis potentia erat. Sanctificatus vero fuit habitatione Verbi in carne habitantis. A quo ita panis, qui in illo corpore erat, transsubstantiatus
10 fuit in divinam potentiam, per eum nunc quoque aequaliter fit. Et ibi enim gratia Verbi sanctum fecerat illud corpus, quod ex pane consistebat. Et illud quodammodo etiam panis erat, et hic similiter panis, quemadmodum apostolus ait: *Sanctificatur per verbum Dei et orationem*, non <per> comestionem ad hoc procedens, ut corpus Verbi
15 fiat, sed mox ad corpus per verbum transmutatur, quemadmodum ab ipso Verbo dictum est: *Hoc est corpus meum.*» Quid clarius certiusve iis audire desideras? »Panis, inquit, verbo Dei sanctificatur.« Hoc imprimis probat manifeste verbo Dei sacramentum hoc confici. Deinde modus probationis idem apertius ostendit: »Corpus, ait, potentia panis
20 est, quia pane constat.« Alimentum enim, ut Aristoteles docet, primo quidem dissimile, postea vero simile fit eius, cuius est alimentum. Corpus igitur, quod ex virgine Dominus assumpsit, potentia panis erat. At tale corpus ex virgine assumptum, quod potentia panis erat, non fuisset aliter sanctificatum, nisi Verbum illud carnem illam inhabitasset.
25 Ita nunc panis quoque altaris non aliter quam per verbum Dei et orationem sanctificatur. Cuius rei testem Paulum citat. Quod autem ait: per orationem, nihil corroborat adversariorum rationem, siquidem in prima ad Timotheum epistola hoc de communibus cibis dicit. Hic vero doctor non de communibus, quae illic dicuntur, illius usus est
30 testimonio, sed dumtaxat, quantum ad confirmationem propositi sui spectat, de transmutatione, quae sit per verbum Dei. Unde paulo post concludens ait: »Mox ad carnem transmutatur.« Et ad huius confirmationem subiungit: »Quoniam ipse dixit: *Hoc est corpus meum.*» Adverte, quaeso, cum caetera omnia, tum quod in fine ait, quod mox
35 per verbum transmutatur. Verbum vero inquit esse: *Hoc est corpus meum.* Nonne, oro te, verbum illud mox non relinquit locum orationibus? Si igitur verbum illud: *Hoc est corpus meum*, mox transmutat, manifestum illud solum esse est, quod transmutat, aliter enim non mox, sed aliquo et non parvo interiecto tempore transmutatio fieret.
40 Ita certe inter se conveniunt sancti patres et doctores nostri, ita sibi invicem consentanei loquuntur, sive orientales, sive occidentales. Quippe Damascenus in libro sententiarum c. 23 ita inquit: »Non est panis figura corporis et sanguinis Christi, absit! sed ipsum corpus

καὶ λόγον εἶναι φησι τὸ »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου«, τὸ τε γὰρ εὐθύς οὐκ ἀπολείπει ἄλλαις εὐχαῖς καὶ δεήσεσι τόπον. τὸ τε τὸν λόγον ἐκεῖνον εἶναι τὸν λέγοντα· »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου«, πᾶσαν ἀφαιρεῖται τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσι πρόφασιν. οὕτως ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις ἐν ἅπασιν οἱ ἅγιοι πατέρες

- B 103 τε καὶ διδάσκαλοι συμφωνοῦσιν, οἱ τ' ἐξ ἐώας ἀλλήλοις καὶ τοῖς ἐκ δυσμῶν 5 οἱ αὐτοί. λέγει δὲ καὶ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ θεολόγος ἐν κγ' τῶν θεολογικῶν κεφαλαίῳ· »οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ — μὴ γένοιτο —, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου τεθεωμένον.« καὶ πόθεν τοῦτο, διδάσκαλε, δῆλον. αὐτοῦ τοῦ κυρίου, φησίν, εἰπόντος· τοῦτό μου ἐστὶν οὐ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ οὐ τύπος τοῦ αἵματος, ἀλλ' 10 αὐτὸ τὸ αἷμα. τὸ ἄρα λέγον ῥῆμα καὶ κατὰ τὸν διδάσκαλον τοῦτον· »τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα«, ποιεῖ τὸν ἄρτον ἀληθὲς σῶμα κυρίου καὶ πιστεύεσθαι τε καὶ εἶναι.
- 11, 1 Τούτων τοίνυν οὕτως δειχθέντων ἐπιθῶμεν ὁμῶς αὐτοῖς ἔτι τὸν κολω-
M 127^v φῶνα τὰ τοῦ θεοῦ Παύλου ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους σκεψάμενοι περὶ τῆς τοῦ 15 μυστηρίου παραδόσεως ῥήματα. »ἐγὼ γάρ, φησί, παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν.« καὶ ἐξῆς ἐπιλέγει, ἅπερ παρέλαβε. πρῶτον οὖν ἐπίστησον, εἰ ἀρκούντως παρέλαβεν, εἰ ἱκανῶς παρέδωκε. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι οὕτως· οὔτε γὰρ ἀτελῶς δῆπου παρέλαβεν, οὔτ' ἐλλιπῶς παρέδωκεν. ἀλλὰ πᾶν, ὃ δεῖ καὶ ἀνάγκη περὶ τὴν τοῦ μυστηρίου τούτου ποίησιν ἐνεργεῖσθαι, 20
- B 103^v αὐτὸς τε παρέλαβεν, ἡμῖν τε παρέδωκεν. παρέδωκε δὲ ταῦτα· »ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς τῇ νυκτί, ἣ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ εἶπε· λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνήσαι λέγων· τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. τοῦτο 25 ποιεῖτε, ὡσάκις ἂν πίνητε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.« καὶ πλέον προστίθησιν οὐδέν. οὐδὲ γὰρ παρέλαβέ τι πλέον καὶ εἰκότως οὐδὲ παρέδωκε. παραδίδωσι δὲ ἡμῖν τρόπον ἱερουργίας τοῦ θεοῦ σώματός τε καὶ αἵματος ἱκανὸν περὶ πάντα. τίς δὲ οὗτός ἐστιν, ὃ ἐχρήσατο ὁ Χριστός, ὃν αὐτὸς παρ' ἐκείνου παρέλαβε; λαβεῖν δηλονότι ἄρτον, εὐχαριστήσαι, κλάσαι καὶ εἰπεῖν· λάβετε, 30
- M 128 φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τούτοις τελειοῦν τὸ μυστήριον. τί τοίνυν τούτων τῶν εἰρημένων ἱερουργεῖ τὴν θυσίαν ἐκείνην τὴν θειοτάτην; πάντως οὐ τὸ λαβεῖν ἄρτον· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον καὶ περὶ ὃ ἡ ἱερουργία καὶ ὃ εἰς σῶμα δεῖ μεταβληθῆναι Χριστοῦ. ἀλλὰ μὴν οὐχὶ τὸ εὐχαριστήσαι
- B 104 καὶ κλάσαι· καὶ τούτων γὰρ τὸ μὲν πρὸς τὴν διάδοσιν ἀναγκαῖον, τὸ δὲ τῶν 35 ἀφάτων τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν, ὡς οἶόν τε ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐνδειξίν τε περιέχει καὶ ὕμνον. λείπεται τοίνυν τοῖς ῥήμασιν ἐκείνοις, τοῖς »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου« καὶ »τοῦτο τὸ αἷμά μου«, καὶ τότε αὐτὰ ἱερουργηθῆναι καὶ νῦν τελειοῦσθαι συνιόντων ὡς εἴρηται δηλαδὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος, ἐπεὶ περ αὐτοῖς πάντα κοινὰ τὰ ἔργα τὰ εἰς τὴν κτίσιν. ἀλλὰ τὸν 40 μὲν σωτῆρα οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸν πατέρα ἐπικεκλῆσθαι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ

Christi deificatum.« Et unde hoc, sanctissime doctor? »Hoc habemus ab ipso, inquit, Domino dicente non: Hoc est figura corporis, sed ipsum corpus meum, et non figura sanguinis, sed ipse sanguis meus.« Verba igitur illa: *Hoc est corpus meum*, etiam iuxta sententiam illius
5 doctoris faciunt, ut panis altaris verum Christi corpus sit credaturque.

Sed iis omnibus, quae supra memoravimus quasi ultimam manum 11, 1
imponit epistula doctoris gentium ad Corinthios de huius sacratissimi
mysterii traditione speculantis. *Ego enim*, inquit, *accepi a Domino,*
quod et tradidi vobis. Deinde enumerat, quae accepit. Primo itaque
10 videamus, si libet, an sufficienter tradiderit. Patet siquidem manifeste
eum tradidisse. Neque enim imperfecte accepit, neque minus, quam
acceperat, tradidit, sed quidquid et necesse erat circa huius sacramenti
mysterium fieri, et accepit et tradidit. Accepit autem haec, quod
scilicet *Dominus Iesus, qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias*
15 *agens fregit et dixit: Accipite et manducate. Hoc est corpus meum, quod*
pro vobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter
et calicem, postquam coenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est
in meo sanguine: hoc facite quotiescunque biberitis, in meam comme-
morationem. Et nihil praeterea addidit. Quia enim nihil amplius
20 acceperat, nihil amplius tradidit. Et addidit modum consecrationis
divini corporis et sanguinis, omni ex parte sufficientem atque per-
fectum, quali usus fuit Christus, qualem ab eo ipso accepit: accipere
scilicet panem, gratias agere, frangere et dicere: *Accipite et manducate,*
hoc est corpus meum, et hoc modo conficere sacramentum. Quid,
25 obsecro, horum consecrat divinissimum illud munus? Profecto non
acceptio panis — hoc enim subiectum est consecrationis, quod in corpus
Domini transsubstantiari oportet — non gratiarum actio, non fractio,
quarum altera ad commemorationem ineffabilium erga nos beneficio-
rum Dei, altera ad distributionem necessaria est. Superest igitur, ut
30 verba ista sint, quae consecrent: *Hoc est corpus meum*, et *Hic est sanguis*
meus. Et ita existimandum est et tunc fuisse consecratum et nunc
consecrari, concurrentibus scilicet, ut dictum est, et Patre et Spiritu
sancto, cum omnia in creatura opera iis tribus communia sint. Verum
Salvatori quidem haud necesse fuit Patrem et Spiritum sanctum palam
35 ad hoc opus invocare, cum unus idemque et unius cum illis substantiae
sit, propter quod, quidquid ab eo vel fiebat vel dicebatur, idem ab
aliis quoque fiebat dicebaturque. Nos vero fas est et nominatim illos
invocare et, ut munera nostra sanctificent, precari, verum id non alio
atque alio modo agere, nec alio atque alio tempore, sed et pro tempore
40 Domini pronuntiamus verba, et quomodo verba significant. Quod si

9 κυρίου V om. M Domini Vers. lat. | 21 παρέδωκε M V παρέλαβε B | 34 οὐχι
M V οὐδέ B | 39 τοῦ πατρὸς V B τοῦ om. M | 41 ἐπικεκλήσθαι B *trp. post πνεῦμα*

ἅγιον, ἐν σὺν αὐτοῖς ὄντα καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτοῖς, καὶ παντὸς ὅτιπερ ἐποίει ἢ ἔλεγε, καὶ ὑπ' ἐκείνων ἅμα καὶ λεγομένου καὶ ποιουμένου. ἡμᾶς δὲ κάκεινους κατ' ὄνομα ἐπικαλεῖσθαι δεῖ καὶ ὥστε τὰ προκείμενα ἀγιάσαι δεῖσθαι, ἐπικαλεῖσθαι δ' αὐτούς οὐκ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ χρόνῳ, οὐδ' ἄλλως καὶ ἄλλως, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ κυρίου προφέρομεν ῥήματα, καὶ ὡσαύτως ὡς 5 τὰ ῥήματα ἐκεῖνα σημαίνει. εἰ δὲ κάκεινον ὡς ἄνθρωπον εἵπομεν ἐν τῷ εὐχαριστεῖν ὑπὲρ τῶν φθασάντων εὐεργεσιῶν καὶ δεηθῆναι ἔτι κατὰ νοῦν M 128^v τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος ἐπὶ τὴν ἱεουργίαν συνδραμεῖν ταύτην, εἴτα B 104^v προενεγκεῖν ἐκεῖνα τὰ ῥήματα καὶ τὰ προκείμενα τελειῶσαι, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἵπομεν ἄν.

10

2 Τὸ αὐτὸ οὖν καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη ποιεῖν καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν πατέρα τε καὶ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' ὄνομά τε καὶ διαρρήδην εἴτε πρὸ τῶν κυριακῶν ῥημάτων εἴτε καὶ μετ' ἐκεῖνα εἴτε καὶ ἀμφοτέρως ἐπικαλεσαμένους — διαφέρει γὰρ οὐδέν, ὡς μετὰ ταῦτα ἐροῦμεν πλατύτερον — οὕτω τοῖς κυριακοῖς ῥήμασιν ἱεουργεῖν τὰ μυστήρια. οὕτω γὰρ παρέλαβε Παῦλος, οὕτως ἡμῖν 15 παρέδωκε. παραβῆναι δὲ τὴν παράδοσιν οὔτε ὀφείλομεν οὔτε δυνάμεθα, ἕως ἂν αὐτοῦ μαθηταί, μᾶλλον δὲ τοῦ Χριστοῦ εἶναι τε καὶ λέγεσθαι βουλοίμεθα. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον τῷ τὸν Παῦλον οὐκ ἀπὸ Χριστοῦ, ἀλλὰ τῶν θείων ἀποστόλων ταύτην παρειληφέναι τὴν παράδοσιν, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ποιούντων, δῆλον εἶναι μηδέσιν ἄλλοις ἢ τούτοις μόνοις τοῖς τοῦ Χριστοῦ 20 ῥήμασιν καὶ τοῖς ἀποστόλοις [αὐτοῖς] μετὰ γε Χριστὸν αὐτούς τε ἱεουργεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις οὕτω ποιεῖν παραδοῦναι. τοῦτο δ' αὐτὸ δείκνυσι καὶ ἡ τοῦ B 105^v λαοῦ πρὸς τὰ ῥήματα ταῦτα ἀπόκρισις. τοῦ γὰρ ἱερέως τὰ κυριακὰ ταῦτα ἐκφωνήσαντος ῥήματα οἱ παριστάμενοι ἐφ' ἐκάστῳ ἀποκρίνονται τὸ ἀμὴν, ὃ βεβαιωτικὸν ἐπίρρημα ὃν οὐδὲν ἄλλο σημαίνει ἢ ὅτι ἀληθῶς οὕτως, ὡς φῆς, 25 ἔχει. τὸ γὰρ ἀμὴν ἑβραϊκὸν ὃν ἐξελληνιζόμενον ἀληθῶς σημαίνει. ἀμὴν M 129^v τοίνυν ὁ λαὸς πρὸς ἐκεῖνα τὰ ῥήματα ἀποκρινόμενος· ἀληθῶς, φησί, σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ εἰσι τὰ προκείμενα. οὕτω πιστεύομεν, οὕτως ὁμολογοῦμεν. πῶς οὖν οὐκ αἰσχρὸν ἄγνοεῖν τοὺς διδασκάλους εἶναι προσποιουμένους, ἅπερ οἱ τὸν ἰδιώτου τόπον ἀναπληροῦντες διὰ τῆς τοῦ ἀμὴν ἀποκρίσεως διαρρήδην 30 ἐπίστασθαι παριστῶσιν; τὸ δὲ καὶ τὸν παριστάμενόν τε καὶ συλλειτουργοῦντα τῷ ἱερεῖ διάκονον τοῦ πρεσβυτέρου τὰ ῥήματα τοῦ σωτῆρος ταῦτα ἐκφωνοῦντος καὶ »τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου« λέγοντος καὶ »τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου«, αὐτὸν τοῦ ὠραρίου ἡμμένον τῷ ἀντίχειρί τε καὶ λιχανῷ τὸν ἄρτον καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ δεικνύναι, τί ἄλλο πρὸς θεοῦ σημαίνει ἢ τὸν ἄρτον ἐκεῖνον σῶμα 35 εἶναι Χριστοῦ καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ αἷμα Χριστοῦ, ὡς ἐκεῖνα τὰ ῥήματα B 105^v λέγει; τοῦτο δὲ ὑποδεικνύων πάντως οὐ ψεύδεται. μὴ ψευδόμενος δὲ συνηγορεῖ τοῖς λέγουσι τὰ κυριακὰ ταῦτα ῥήματα τὸ πᾶν ἀποτελεῖν. τέτακται δὲ ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας τὰ ἔθνη ταῦτα οὐ μάτην.

12, 1 Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο ῥαθύμως ἡμᾶς παραδραμεῖν δεῖ, ὡς δύο μυστηρίων 40 ἡμῖν ἐγγράφως ὑπὸ τοῦ σωτῆρος παραδεδομένων, τῆς τε ὑπὸ τοῦ θείου βαπτίσι-

1 τῆς αὐτῆς *corr.* M² *ex* τοῖς αὐτοῖς | παντὸς *scripsi* πᾶν M V B | 33 λέγοντος B *interp. post* αἷμά μου | 38 ἀποτελεῖν M *supra* τὰς ἀποτελεῖσθαι B

illum tamquam hominem diceremus, dum gratias agebat beneficiis acceptis, orasse etiam tacite Patrem et Spiritum sanctum, ut ad eam consecrationem concurrerent, deinde verbis illum prolatis mysterium peregrisse non sine ratione diceremus.

- 5 Eodem igitur modo et nos agere necesse est, invocato scilicet Patre² et Filio et Spiritu sancto nominatim et manifeste, sive ante verba Domini sive post, seu utroque modo — nihil enim interest, ut postea disseremus — ita demum prolatis Domini verbis sacrum hoc mysterium conficere. Ita accepit Paulus, ita nobis tradidit. Transgredi autem
 10 traditionem eius neque possumus neque debemus, si discipuli eius, immo vero Christi et esse et vocari cupimus. Abunde vero superius demonstratum est, quoniam Paulus hanc traditionem non a Christo, sed ab apostolis accepit, non modo verbo hoc, sed opere etiam ita facientibus, manifestum esse non aliis quam Christi verbis ipsos etiam apostolos post
 15 Christum consecrasse et caeteris eundem mysterii ritum tradidisse. Praeterea hoc idem ostendunt populi ad ea verba responsiones. Sacerdote enim verba illa alta voce, ut vos Graeci soletis, pronuntiante assistens populus in utraque parte respondet: Amen, quasi dicat: Vere ita est, ut tu dicis. Amen enim cum affirmandi apud Hebraeos adverbium
 20 sit, graece idem quod vere significat. Amen igitur ad ea verba respondens populus: Certe, inquit, corpus et sanguis Christi sunt munera ista proposita, ita credimus, ita confitemur. Et quomodo, quaeso te, non esset turpe putandum eos, qui doctiores haberi volunt, ea ignorare, quae saeculares et sacrarum litterarum ignari respondendo Amen
 25 manifeste se scire magnificent? Quid, nonne assistens sacerdoti diaconus eique ministrans, dum sacerdos alta voce iuxta orientalis ecclesiae ritum verba illa pronuntiat: *Hoc est corpus meum*, et *Hic est sanguis meus*, ipse propria stola duobus primis digitis tacta panem et calicem ostendit? Nihil certe aliud significans, nisi panem illum Christi esse
 30 corpus, et quod in calice est, esse sanguinem eius, quemadmodum verbis illis asseritur. Et haec sane ostendens diaconus non mentitur et non mentiens cum iis sentit, qui sola Domini verba aiunt, hoc sacrum perficere sacramentum. Neque enim frustra tales institutae sunt ab ecclesia caeremoniae.
- 35 Illud quoque haud contemnendum videtur, quod cum duo sacra-^{12, 1} menta nobis a Salvatore tradita fuerint, baptismus et eucharistia, utrumque verbis suis confici iussit. Etenim baptismus, quemadmodum supra memoravimus, per verba illa conficitur: *Baptizate eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Cuius rei testimonium est, quod patres
 40 nostri sancti ecclesiae doctores, qui statuerunt, quinam ex iis, qui ab haereticis ad catholicam revertuntur ecclesiam, rebaptizandi sint, qui non eos haud rebaptizandos esse censent, qui in nomine Trinitatis semel fuerint baptizati. Quod etiam expositor synodaliū canonum

- ματος ἀναγεννήσεως, τῆς τε ἱερᾶς εὐχαριστίας, ἐκάτερον διὰ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων τελεῖσθαι δεῖν διωρίσατο. καὶ τὸ βάπτισμα γάρ, ἧ καὶ πρότερον εἴρηται, διὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων, τῶν »βαπτίζοντες αὐτούς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς
- M 129^v** καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος« τελειοῦται. οὐ καὶ ἄλλο ἔτι οὐκ εὐκαταφρόνητον μαρτύριον παράγομεν τοὺς πατέρας, τοὺς τίνας μὲν ἀναβαπ- 5
τίζεσθαι τῶν ἐξ αἰρέσεως προσερχομένων τῇ πίστει, τίνας δὲ μὴ διοριζομένους, τούτους τε εἶναι τοὺς ἄπαξ εἰς ὄνομα τῆς τριάδος βεβαπτισμένους, ὡς καὶ ὁ τῶν συνοδικῶν κανόνων παρ' ἡμῖν γε τοῖς Γραικοῖς ἐξηγητῆς λέγει. φησὶ γὰρ ἐν τῷ μζ' τῶν ἀποστόλων κανόνι »κατὰ ἀλήθειαν βαπτίζεται τις, ὅταν
- B 106** κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν ἄπαξ βαπτισθῆ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ 10
τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δῆλον ὡς τῇ τοῦ ὀνόματος τῆς τριάδος προφορᾷ καὶ τῇ εἰς ἐκείνην πίστει κατὰ τὴν κυριακὴν παράδοσιν τοῦ βαπτίσματος τελειουμένου.« εἰ οὖν ταῦτα τὰ δύο μόνα ἐκ τῶν εὐαγγελίων ἡμῖν διαρρήδην ἔχομεν παραδεδομένα, τούτων δὲ θάτερον, τὸ βάπτισμα δηλαδή, τοῖς κυριακοῖς ῥήμασι τελειοῦται, καὶ θάτερον, ἄρα τὸ τῆς εὐχαριστίας, τοῖς 15
θείοις ἐκείνοις καὶ θεοπαραδότοις δίχα πάσης ἀμφιβολίας ἱεουργεῖται. ἐν πᾶσι γὰρ δὴ τέτταρα αἷτια ταῦτα εἶναι δεῖ· ποιητικόν, τελικόν, εἰδικόν καὶ ὑλικόν. τὸ γοῦν εἶδος καὶ ἡ μορφή τούτου γε τοῦ μυστηρίου τὰ κυριακὰ ῥήματά εἰσι καὶ οὐδὲν ἄλλο. ὃ γε ἐν καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι ὀφείλει, εἴ γε μία ἡ αὐτοῦ μορφή καὶ τὸ εἶδος, δι' ὃ ἐστὶν ὃ ἐστι, καὶ δι' ὃ εἶναι λέγεται. τοι- 20
οῦτον δ' ἐστὶ τὰ ῥήματα τοῦ σωτῆρος τὰ αὐτὰ παρὰ πᾶσιν ὄντα, ὅπερ ἦκιστα ἐνεστι ταῖς τῶν ἁγίων δεήσεσιν ἄλλων ἄλλως καὶ ἄλλοις ῥήμασι δεομένων.
- B 106^v** τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ οἱ ἀπόστολοι παρὰ τοῦ σωτῆρος, ὡς πιστεύειν εἰκόσ,
- M 130** καὶ οἱ πατέρες παρὰ τῶν ἀποστόλων μετὰ ταῦτα παραδεξάμενοι τὰ περὶ τῶν ἄλλων τῆς ἐκκλησίας μυστηρίων ἐφ' ἐκάστου ὡσπερ ἐτάξαντο ὑλὴν 25
οἰκείαν, ἧς ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο τὸ προκείμενον, οὕτω καὶ μορφήν τε καὶ εἶδος. ὅπερ ἡ μὲν καθολικὴ τῶν Λατίνων ἐκκλησία καὶ μέχρι τοῦ νῦν φυλάττει. καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα, οἷς ἕκαστον ὡς δι' εἶδους τελειοῦται, γνῶριμα καὶ τοῖς τυχοῦσιν εἰσιν ἱερεῦσιν. οἱ δὲ ἡμέτεροι, ὡς καὶ πολλὰ ἄλλα ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν, φεῦ, τὴν ἀρχὴν ἐληφότα διὰ τὰς κατὰ καιροὺς δυστυχίας τοῦ γένους 30
ἀπώλεσαν, οὕτω καὶ τούτων ἐπελάθοντο.
- ² Καὶ τοῦτο δῆλον ἐπὶ τοῦ μυστηρίου τοῦ χρίσματος ποιήσομεν. ἡ γὰρ δευτέρα τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἐν ζ' κανόνι ἑαυτῆς τὰ τελειωτικὰ τοῦ χρίσματος ῥήματα παραδιδούσά φησι· »σφραγίζοντες, ἦτοι τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρίοντες αὐτούς λέγομεν· σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου.« καὶ ταῦτα τὰ 35
ῥήματά εἰσι τὰ τὸ τοῦ μύρου μυστήριον ἐν τοῖς χριστομένοις τελειοῦντα.
- B 107** οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. τίς μὲν οὖν ἡ περὶ τῆς θείας εὐχαριστίας τῶν ἱερῶν διδασκάλων δόξα, τίς ἡ Χριστοῦ, τίς ἡ Παύλου παράδοσις, εἴρηται καὶ οὐδὲν δεῖ πλειόνων. σαφέστατα γὰρ οἱ τ' ἐξ ἐφᾶς, οἱ τ' ἐκ δυσμῶν πατέρες τοῖς κυριακοῖς ἐκείνοις ῥήμασι τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἱεουργ- 40

apud Graecos videtur confirmare. Is enim in quadragesimo septimo apostolorum canone ita inquit: »Vere baptizatur aliquis, cum secundum vocem Domini semel baptizatur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, tamquam pronuntiatione Trinitatis et fidei in ea iuxta Domini-
 5 cam traditionem perficiatur baptismus.« Si igitur haec duo sola sacramenta in evangeliiis manifeste tradita legimus, alterum vero eorum, hoc est baptismus, Dominicis perficitur verbis, profecto et illud quoque, hoc est eucharistiam, divinis illis et a Deo traditis verbis confici existimandum est. Siquidem in omni genere rerum quattuor esse causas
 10 oportet: effectivam, formalem, finalem et materialem. Forma autem huius sacramenti verba sunt Dominica, et nihil aliud. Propter quod unum idemque esse decet unumquodque, cum et forma una sit, propter quam est quod est et esse dicitur. Haec vero ipsa sunt verba Salvatoris, quae apud omnes sunt eadem, quod minime habent sanctorum preces,
 15 cum aliter et aliter et aliis atque aliis verbis diversi supplicent. Hunc modum et apostoli a Salvatore, ut credendum est, et ab apostolis sancti patres postea sumentes in singulis ecclesiae sacramentis, quemadmodum materiam propriam, sine qua nullo modo fieret, quod proponitur, ita etiam propriam formam statuerunt. Hoc catholica quidem Latinorum
 20 ecclesia usque in praesentem diem observat. Et verba illa, quibus unumquodque tamquam per materiam perficitur, nulli non sacerdotum apud eos notissima sunt. Nostri vero, multa alia, quae primum apud nostros ortum habuerunt, propter calamitates temporum perdidere, ita etiam horum rituum sunt obliti.

25 Quod manifestum fiet, si quis ad chrismatis sacramentum mentem converterit. Etenim secunda oecumenica synodus verba, quae sacrum chrisma perficiunt, tradens in septimo canone ita inquit: »Obsignantes, hoc est, sacratissimo chrismate eos chrismantes, dicimus: signum doni Spiritus sancti.« Et haec verba secundum eos
 30 chrismatis sacramentum perficiunt. Hoc idem in caeteris diligens investigator inveniet. Quae igitur de divino eucharistiae sacramento sanctorum opinio sit, quae Christi, quae Pauli traditio fuerit, satis, nisi me animus fallit, supra demonstratum est. Manifeste enim apparet, orientales atque occidentales omnes eiusdem in hoc esse
 35 sententiae, ut scilicet verba Domini sint, quae sacrum corpus Christi sanguinemque conficiant. Idem affirmat, idem ipse Dominus asseverat.

Nunc reliquum est, ut tertiam aggrediamur partem, et rationibus **13, 1** quae in contrarium adduci solent, solutis finem operi imponamus.
 40 Sunt autem tres praecipuae. Una est auctoritas sanctorum ecclesiae doctorum, Clementis, Iacobi, Basilii et Chrysostomi, qui omnes

29 ἀφ' ἡμῶν M V ἀμφ' ἡμῶν B | 34 ῥήματα] B om. | 36 μύρον M om. M² add.

γεισθαι διδάσκουσιν. ὁ τε Παῦλος διίσχυρίζεται, καὶ αὐτὸς ἐπισφραγίζεται ὁ δεσπότης.

- 13, 1 Λείπεται τοίνυν τὸ τρίτον καὶ τελευταῖον ἀπειργασμένους καὶ τὰς ἐπιφερομένας ἐνστάσεις λύσαντας τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. εἰσὶ δὲ αὐταὶ τρεῖς
 M 130^v μάλιστα. μία μὲν ἡ τῶν ἁγίων Κλήμεντος, Ἰακώβου, Βασιλείου καὶ 5
 Χρυσόστομου τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνθήκη, ἐν ᾗ δοκοῦσιν οἱ διδάσκαλοι οὔτοι μετὰ τὰ κυριακὰ ῥήματα ταῖς ἱερατικαῖς ἐπικλήσεσιν ἱεουργεῖν τὰ ἅγια καὶ μὴν καὶ ἄρτον αὐτὰ καὶ οἶνον μετὰ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα τοῦ σωτῆρος ἔτι καλεῖν. δευτέρα δὲ ἡ τοῦ θεοῦ Δαμασκηνοῦ ῥήσις, ἀντίτυπα λέγοντος τὸν μακάριον Βασίλειον τὰ δῶρα εἰπεῖν πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι, ἐκεῖνον δὲ αὐτὰ 10
 B 107^v καλέσαι ἀντίτυπα πολλῶ μετὰ τὰ κυριακὰ ῥήματα. τρίτη δὲ ἡ τοῦ ἱερωτάτου Διονυσίου μαρτυρία, καὶ αὐτοῦ μετὰ τὰ κυριακὰ ῥήματα δοκοῦντος οἴεσθαι τελεῖσθαι τὰ θεῖα μυστήρια. πρὸς ταύτας τοίνυν καὶ ἡμῖν ἀπολογητέον.
- 2 Καὶ πρῶτον πρὸς τὰ τῶν τὴν ἱερὰν τελετὴν συντεθέντων ἀπαντητέον ἐνὶ λόγῳ, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ καὶ ταῦτόν καὶ οἱ τέσσαρες ἐκεῖνοι πατέρες φασίν. ὧν 15
 πρῶτον ἀκουστέον τὰ ῥήματα. Κλήμης μὲν οὖν διηγησάμενος πρῶτον τὰ δεσποτικά θαύματα καὶ τὰς πράξεις καὶ τὴν τῶν μυστηρίων ὑπὸ τοῦ κυρίου παράδοσιν μετὰ ταῦτά φησιν· «μεμνημένοι τοίνυν τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως» καὶ τὰ λοιπά, «προσφερομέν σοι τῷ βασιλεῖ καὶ θεῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν» καὶ τὰ ἐξῆς, «ἄξιούμέν σε ὅπως εὐμενῶς 20
 ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνευδεὴς θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου καὶ καταπέμψῃς τὸ
 B 108 ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ
 M 131 κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφήνοι τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου.» καὶ ταῦτα μὲν ὁ Κλήμης. 25
 ἂ εἰ καὶ ταῖς ἀποκρύφους εἰσὶ συντεταγμένα γραφαῖς, δεξώμεθα ὁμῶς τό γε νῦν εἶναι καὶ αὐτὰ ὡς ἂν τῆς θείας ὄντα γραφῆς. ὁ δὲ γε θεῖος Ἰάκωβος καὶ αὐτὸς πολλῶ μετὰ τὰ κυριακὰ ῥήματα δεῖται ἐξαποσταλῆναι τὸ πανάγιον πνεῦμα, περὶ οὗ πολλὰ εἰπὼν ἐπιλέγει, «ἵνα ἐπιφοιτῆσαν ἀγίαση καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα ἅγιον τοῦ Χριστοῦ σου καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο 30
 τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου». Βασίλειός τε ὁ μέγας ὁμοίως κάκεῖνος μετὰ τὰ κυριακὰ λόγια ἐπικαλεῖται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον «ἐπὶ τὰ προκείμενα κατελθεῖν δῶρα καὶ ἀγιάσαι αὐτὰ καὶ ἀναδειξαι» «τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ», 35
 τὸ ἐκχυθὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ὁ τε θεῖος Χρυσόστομος ὡσαύτως μετὰ τὰ τοῦ σωτῆρος ῥήματα καὶ τὴν διήγησιν ὧν ὁ κύριος διεπράξατο ἐπάγει· «ἵκετεύομεν, κατάπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα», «καὶ ποιήσον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ

5 Cf. supra c. 7, 4. | 9 Cf. Joh. Dam., De fide orth. IV 13 (PG 94, 1153). | 12 Cf. Dionys. Areop., De eccl. hier. III 2 (PG 3, 425—428). | 18 Const. apost., VIII 12 n. 39, ed. Funk I 510. | 29 Cf. Lit. s. Jac. ed. Brightman I 54. | 32 Lit. s. Bas. (PG 31, 1040 A; cf. PG 31, 1073 C). | 38 Lit. s. Chrys. (PG 63, 916 B). | 39 l. c. (PG 63, 916 C).

in missis, quae ipsi composuere, post verba Dominica sacerdotis precibus hoc sacramentum conficere videntur, siquidem etiam post verba Domini prolata non corpus et sanguinem, sed panem et vinum nominant. Secunda vero est auctoritas Damasceni, dicentis beatum Basilium
5 haec munera ideo praefigurativa nominasse, quia nondum sanctificata erant, ita vero ea nominasse multo post verba Dominica. Tertia ratio est opinio sanctissimi viri Dionysii Areopagitae, qui aperte sentire videtur, post verba Domini hoc sacramentum confici. Iis in praesentia rationibus a nobis respondendum est.

10 Imprimis autem verbis sanctorum doctorum, qui missas composuerunt, unica ratio satisfacit. Cum ipsi quattuor patres idem plane dicant, eorum verba ante omnia audiamus. Clemens itaque primus, cum miracula Domini et res gestas eius ac sacramentorum a Domino traditionem commemorasset, post ea inquit: »Memores itaque nos passionis,
15 mortis et resurrectionis eius etc., offerimus tibi Regi et Deo secundum eius praecepta, etc. Rogamus te, ut clementer inspicias haec proposita coram te munera, tu nullius indigens Deus, et in eis bene complaceas ad honorem Christi tui et mittas Spiritum sanctum tuum, testem
20 passionis Domini nostri Iesu, super hoc sacrificio, qui hunc panem corpus Christi tui et hunc calicem sanguinem Christi tui efficiat.« Licet enim haec Clementis verba inter apocryphas scripturas commemorari soleant, placet tamen eis impraesentiarum tamquam veris assentiamur. Iacobus quoque multo post verba Domini obsecrat, ut mittatur Spiritus sanctus. De quo cum multa dixisset, subiungit:
25 »Ut adveniens sanctificet, et faciat hunc quidem panem corpus Christi tui et hunc calicem pretiosum sanguinem Christi tui.« At magnus Basilius similiter post verba Salvatoris invocatur sanctum Spiritum, ut ad proposita descendat munera et sanctificet et faciat panem quidem pretiosum corpus Domini Dei et Salvatoris Domini nostri Iesu Christi,
30 et calicem pretiosum sanguinem Christi nostri, qui effusus est pro mundi vita. Ad haec Chrysostomus post verba Domini et rerum per eum gestarum narrationem subdit: »Rogamus te, emitte Spiritum tuum sanctum super nos, et super haec proposita munera, et fac hunc quidem pretiosum corpus Christi tui, quod vero in hoc calice est, pretio-
35 sum sanguinem Christi tui.« Post haec subiungit: »Transmutans ea Spiritu sancto tuo.«

Ex quibus omnibus facile esset cuivis argumentari: Si verbis illis Dominicis: *Hoc est corpus meum*, et *Hic est sanguis meus*, sacrum eucharistiae conficitur sacramenti mysterium, sancti ecclesiae doctores
40 minime post ea verba id propriis supplicationibus efficere conarentur, nec deinde panem et vinum nominarent. Cum vero id agant, nec

20 εὐμενῶς M V εὐμελῶς B | 21 ἐπιβλέψοις M V ἐπιβλέψεις *supra rasura* | 37 μετὰ τὰ] B om. τὰ

Χριστοῦ σου, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου», καὶ ἐπιφέρει· «μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ.»

³ Ταῦτα μὲν οὖν ἐκείνοι. ἐξ ὧν ἀπάντων τοιοῦτος συνάγεται λόγος· εἰ τοῖς Χριστοῦ ῥήμασιν τοῖς· «τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου» καὶ «τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου», τὰ θεῖα ἱερουργοῖτο μυστήρια, οὐκ ἂν μετ' ἐκεῖνα οἱ πατέρες οὔτοι ταῖς ἰδίαις ἐπικλήσεσιν αὐτὰ τελειοῦν ἐπειρῶντο, οὐδ' ἂν ἔτι αὐτὰ ἄρτον καὶ οἶνον ἐκάλουν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ποιοῦσι καὶ πάντως οὐ μάτην ποιοῦσι, δῆλον ὡς οὐκ ᾤοντο τοῖς κυριακοῖς ῥήμασι τελειοῦσθαι. πρὸς δὲ τοῦτον τὸν λόγον πρῶτα μὲν τῶν προαποδεδειγμένων μνηστέον, ἐν οἷς τοὺς διδασκάλους διαρρήδην διδάσκοντας ἐδείξαμεν ἀνατολικούς τε καὶ δυτικούς διὰ τῶν τοῦ κυρίου ῥημάτων ἐκείνων τὴν ἱερουργίαν τούτου τοῦ μυστηρίου γίνεσθαι. ἔπειτα δὲ ἰστέον ταῦτα μὴ εἶναι ἐναντία ἐκείνοις, μηδ' ἄλλο μὲν ἐκεῖ, ἄλλο δ' ἐνταῦθα λέγειν αὐτούς, μηδ' ἄλλο μὲν τοὺς ἐσπερίους, ἄλλο δὲ τοὺς ἑσπερίους εἰπεῖν. οὐδὲ γὰρ τὸ αὐτὸ ἂν καὶ θεῖον, οὐδ' ἀληθείας, ἀλλὰ πλάνης ἂν ἐν αὐτοῖς ἐλάλησε πνεῦμα, ὃ καὶ ἐννοῆσαι μόνον ἄτοπόν τε καὶ βλάσφημον. ἀνάγκη τοίνυν κάκεῖνα ὡς ἔχει σῶζεσθαι ἀκριβῶς, καὶ ταῦτα τῆς προσηκούσης τυχεῖν ἐξηγήσεως.

⁴ Φαίη μὲν οὖν ἂν τις καὶ ἴσως οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἐκ τῶν ἤδη προὑποτιθεμένων ὀρμώμενος, ὡς τοῦ κυριακοῦ σώματος διττοῦ ὄντος, τοῦ μὲν ἀληθοῦς, τοῦ δὲ μυστικοῦ, ὡς ἤδη προαποδέδεικται, τὸ μὲν ἀληθές τοῖς αὐτοῦ τοῦ κυρίου, οὐ καὶ σῶμά ἐστιν, ῥήμασι τελειοῦσθαι, τὸ δὲ γε μυστικόν, ὅπερ ἔσμεν ἡμεῖς, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πολλοῖς τε καὶ καλοῖς ἐδείξαμεν λόγοις, ταῖς ἱεραῖς τῶν ἱερέων εὐχαῖς, τῇ τε ἀγνῇ καὶ καθαρᾷ τῶν εὐσεβῶς βιούντων πολιτείᾳ ἐπιτελεῖσθαι κατ' ἀξίαν τῶν ἱερῶν μυστηρίων μεταλαμβανόντων καὶ τὸ ὅλον πνευματικῶς καὶ συσσωμῶν αὐτῷ τῷ Χριστῷ γενομένων. τοῦτό τε εὐχεσθαι τὸν ἱερέα, ἡνίκα δεῖται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατιὸν ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα, τὸν μὲν ἄρτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τίμιον αἷμα αὐτοῦ ποιῆσαι, δηλονότι τὸν πιστὸν λαὸν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μυστικὸν ἀποτελέσαι, ὥστε συσσωμῶς αὐτῷ γενομένους καὶ μέλη καὶ μέρη αὐτοῦ, ἐκείνῳ τε καὶ ἀλλήλοις ἀγάπη ἠνωμένους ζῆσαι σὺν αὐτῷ ζῶν τὴν αἰώνιον καὶ συγκληρονόμους αὐτῷ γενέσθαι.

⁵ Ἡμεῖς δὲ παρὰ ταῦτα λέγομεν, ὡς τοῦ θείου τούτου μυστηρίου κοινοῦ ἔργου τῆς θείας ὄντος τριάδος ἀνάγκη ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, καὶ πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα σὺν αὐτῷ τῷ υἱῷ ἐπικαλεῖσθαι εἰς τὴν τῶν προκειμένων δώρων τελείωσιν. ὃ καὶ διὰ πάσης γε τῆς τελετῆς ποιοῦμεν, καὶ πρὸ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος καὶ μετ' ἐκεῖνα ἔτι πολλαῖς ἱκετείαις αὐτούς ἐπιβοώμενοί τε καὶ ἱκετεύοντες, ὥστε ἄξιοι ὑπηρέται καὶ διάκονοι γενέσθαι, ὥστε δύνασθαι τὰ προκείμενα ἱεουργῆσαι, ὡς δεκτὰ αὐτὰ γενέσθαι, ὡς τὴν χάριν τοῦ πνεύματος ἐπ' αὐτὰ κατελθεῖν, οὐ μᾶλλον αὐτοὶ ποιοῦντες ἢ τῷ γε πιστῷ λαῷ ἐνδεικνύμενοι καὶ κοινὰ τὰ εἰς τὴν κτίσιν ἔργα τῆς ὅλης τριάδος εἶναι διδάσκοντες. ὃν γὰρ τρόπον εὐδοκίᾳ πατὴρ καὶ θελήσει τοῦ πνεύματος ὁ εἰς τῆς τριάδος καὶ φύσει τοῦ θεοῦ καὶ πατὴρ υἱὸς ἐκ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων τῆς παρθένου αἱμάτων ἀνέλαβε τὸ σῶμα, οὕτω καὶ τὸ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ

frustra sanctos viros sit existimandum, palam fit, quod hoc sacrum
mysterium Dominicis verbis nequaquam confici existimabant. Huic
igitur argumento respondere volentes primo quidem id repetimus,
quod supra probatum est, omnes tam orientales quam occidentales
5 doctores in hoc convenire, ut sacrosanctis Domini verbis eucharistiae
mysterium conficiatur. Deinde audimus non esse haec, quae modo
retulimus, superioribus illis contraria, nec aliud hic, aliud illic sanctos
viros vel dicere vel sentire, nec esse occidentalium sententiam ab
orientalium opinione diversam. Nec enim si ita foret, unus et idem
10 divinus spiritus, sed diversus, nec veritatis, sed mendacii potius atque
erroris spiritus in iis locutus fuisset. Quod etiam cogitare absque
impietate non licet. Necesse est igitur, ut illa vera sint et haec per rectam
expositionem illis consentanea esse ostendantur.

Dicere itaque non sine ratione fortasse quispiam posset, quod cum
15 corpus Domini duplex sit, quemadmodum in primordio nostri sermonis
ostendimus, verum scilicet et mysticum, illud quidem ipsius Domini
verbis cuius corpus est, confici, hoc vero, quod ipsi sumus, sacris sacer-
dotum precibus et iustis actionibus et vitae ac morum honestate com-
pleri, cum digne homines sacram eucharistiam capiunt et eiusdem cum
20 Christo corporis efficiuntur. Et hoc quidem petere sacerdotem, cum
rogat, ut descendens Spiritus sanctus panem quidem pretiosum corpus
Christi, calicem vero pretiosum sanguinem faciat, hoc est, ut fidelem
populum mysticum corpus Christi sanguinemque faciat, quo membra
et partes corpusque eius effecti et sibi ipsis caritate et Christo uniti
25 vivant cum eo vitam aeternam et fiant ipsius cohaeredes.

Nos vero praeter haec illud potius dicendum existimamus, quod
cum divinum hoc sacramentum sit commune, sit opus totius Trinitatis,
necesse est nos, quemadmodum supra diximus, et Patrem et Spiritum
sanctum cum Filio invocare, ut proposita munera perficiant. Quod
30 et passim per totam missam facimus, et non ante verba Salvatoris,
sed etiam post multis cum precibus invocantes supplicantesque, ut
digni ministri tantae rei efficiamur, quo possimus illa munera perficere,
ut accepta eis fiant, et gratia Spiritus sancti super ea descendat. Quae
omnia non tam agimus, ut ipsi ea faciamus, quam ut populo ostendamus
35 communia esse in creatura opera Trinitatis. Quemadmodum enim
beneplacito Patris et Spiritus sancti voluntate unus in Trinitate natura
Dei et Patris Filius ex sanctis et immaculatis virginis sanguinibus
corpus assumpsit, ita et hoc corpus altaris ipsa Trinitas creat, ipse
Spiritus sanctus potentia sua ex substantia in substantiam, hoc est
40 ex pane in corpus transmutat. Quae res ut fidei populo palam fiat,
illius etiam nos meminisse necesse est. Et hoc velle illos doctores,
qui per adventum Spiritus sancti sacramentum hoc fieri dicunt. Sunt

30 ἄλλοις M ἄλλοις B | 36 ἱετερίας M ἱετέρας B

Mohler, Kardinal Bessarion. III.

σῶμα τοῦτο αὐτῆ δημιουργεῖ ἡ τριάς, αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆ ἰδίᾳ δυνάμει ἐξ ἄρτου μεταποιεῖ ἐξ οὐσίας εἰς οὐσίαν μεταβαλλόν. ὅπερ ὥστε ἐνδείκνυσθαι τοῖς λαοῖς, κάκεινου μεμνησθαι ἀνάγκη. τοῦτό τε τοὺς ἐπελεύσει πνεύματος ἁγίου τὴν ἱερουργίαν γίνεσθαι λέγοντας διδασκάλους νοεῖν. εἶναι δὲ τοὺς

B 109^v αὐτοὺς τοὺς καὶ τὰ προειρημένα διαβεβαιουμένους, δηλαδὴ τοὺς τοῖς κυρίου 5
ρήμασιν αὐτὴν γίνεσθαι διαρρήδην ἰσχυριζομένους. οἱ αὐτοὶ γὰρ καὶ ἄμφω ταῦτά φασιν, δῆλον ὡς οὐκ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς λέγοντες. ἀμφοτέρω τε γὰρ ἀληθῆ. καὶ ἐν καὶ ταῦτό ἄμφω ὄντα, ἐν τε καὶ ταῦτόν ἀπεργάζονται ἅμα τε καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, μᾶλλον δὲ τῷ του χρόνου ἀτόμῳ, οὐκ ἄλλως καὶ ἄλλως, οὐδ' ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἑκάτερον, ἀλλ' ὡσαύτως τε καὶ ἐν τῷ 10
αὐτῷ νῦν τοῦ αὐτοῦ ἀποτελεστικῶς ἄμφω γε ὄντα, ἅτε δὴ καὶ τῶν θείων τῆς τριάδος προσώπων, ἃ γε ἐπιβόωμεθα, ἐν τε καὶ ταῦτόν τῆ οὐσίᾳ καὶ ἀχωρίστων ἀλλήλοις ὄντων.

6 Εἰ μὲν οὖν τοιοῦτος ἡμῖν ὁ προφωρικὸς λόγος ὑπῆρχε φύσει, ὡς ἀθρόως τε καὶ ἀχρόνως πάντα δύνασθαι ἐκφωνεῖν, ἅμα τε καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τοῖς κυριακοῖς 15
ρήμασι καὶ τὰλλα προσηνέγκαμεν ἂν, ἐκεῖνα μὲν ὡς τοῦ παντὸς αἰτίαν προὑποθέμενοί τε καὶ πιστεύσαντες παρεῖναι δ' αὐτοῖς καὶ τὴν πατρὸς καὶ πνεύματος

M 133 χάριν, βεβαίως τε κατέχοντες καὶ ταῖς ἰκεσίαις ταύταις δηλοῦντες. πάρειςι γὰρ δὴ καὶ ἐκεῖνοι τούτοις τοῖς λόγοις, κἂν ἡμεῖς μὴ προσθῶμεν ἄλλο μηδὲν τῷ μέντοι τὴν ὠδίνα τοῦ πόθου ἡμῶν μήτε κατέχειν δύνασθαι καὶ τοῖς ἄλλοις 20
οὕτως ἔχειν ἐμφαίνοντες καὶ κατ' ὄνομα τούτους ἐπικαλούμενοι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον καὶ ἀνάγκη ἡμᾶς χρονικοῖς διαστήμασιν ἐν μεθ' ἕτερον ῥῆμα προφέρειν καὶ πᾶσαν τὴν ἱστορίαν κατὰ τάξιν ἐκθεμένους οὕτω καὶ τὴν ἐπίκλησιν

B 110 ποιήσασθαι, διὰ τοῦτο δοκεῖ τοῖς μὴ ἀκριβῶς σκοπούμενοις ἕτεροῖόν τι εἶναι ἐκεῖνο τὸ μετὰ ταῦτα λεγόμενον, κάκεινο μόνον οὐ τὰ κυριακὰ ῥήματα τελειοῦν 25
τὰ μυστήρια. τὸ δ' ἔχει οὐχ οὕτως. δεῖ γὰρ τὰ γε τοιαῦτα οὐχ ὡς ἐν τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ χρόνῳ ὑπὲρ οὗ λέγεται οὕτως αὐτὰ ἐκλαμβάνειν, ὡςπερ ἂν εἰ ἐστῶτος τοῦ χρόνου καὶ μηδαμῆ ῥέοντος, ἀλλ' ἐν ἐνί τινι καὶ τῷ αὐτῷ νῦν ταῦτα ἐλέγετο. ἐλέγετο γὰρ ἂν οὕτως, εἰ οἶόν τε ὅλως ἦν καὶ τῆ φύσει συμβαῖνον. καὶ ἐπεὶ ὑπὲρ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ τὰ κυριακὰ λέγεται 30
ῥήματα, καὶ αἱ μετ' ἐκεῖνα ἐπικλήσεις λέγονται καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀναφέρονται, ὑπὲρ ἐκείνου καὶ λέγεσθαι τοῦ χρόνου αὐτὰ νομιστέον, ὡς ἂν τό τε καὶ αὐτὰ ἀθρόως ἂν εἰρημένα, εἰ οἶόν τε ἦν. ὡςπερ ἂν εἰ τις τοῖς τινος ἀπαρεσκόμενος διηγήμασι καὶ μὴ θέλων αὐτοῦ ἀκούειν· ἀποκέκλεικά σοι τὰς

M 133^v ἀκοάς, φαίη μήπω αὐτὰς ἀποκλείσας, ἢ μὴ βουλόμενος ὄρᾶν εἰ τις αὐτῷ 35
τι τῶν μὴ πρὸς χάριν δεικνύοι· ἐκάμμυσα, λέγει, πρὸς ταῦτα τοὺς ὀφθαλμούς, μήπω καμμύσας, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. τοιοῦτο δὲ τι καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις τοῖς κυριακοῖς λόγοις ἰδεῖν ἐστίν. εἰπεῖν γὰρ δέον, εἰπὼν τοῖς μαθηταῖς· »λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, ἐκλασέ τε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς. τοῦτο γὰρ ἢ τῶν πραγμάτων ἀπαιτεῖ τάξις, πρῶτον ἱερουργῆσαι, ἔπειτα κλάσαι, τελευ- 40
ταῖον διαδοῦναι. οὕτω γὰρ καὶ νῦν ἡμεῖς ποιούμεν. ὅδ' ὁμῶς φησί· »κλάσας ἔδωκεν εἰπὼν· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, κατὰ τὸν πρωθύστερον εἶτε

B 110^v καὶ κατ' ὑστερολογίαν λεγόμενον τρόπον σχηματίσας τὸν λόγον. ὡς τό·